



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex dictis
eiusdem.

Beatus Isidorus, de consanguinitate sic loquitur. Censet series septem gradibus dirimitur, hoc modo: Filius filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsim seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secundus: abnepos & abneptis, tertius: adnepos & adneptis, quartus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos & trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se per latum in propaginū ordinibus dirimens, vsque ad ultimum gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, primum lex in matrimonii vinculum recipietur, & quod modo reuocabit fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sic sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finita ita propinquitas generis, tot gradibus terminetur.

Quod consanguinitas vsque ad septimum generis gradum conseruari debeat. Cap. XI.

Ex epist.
Greg. pa
pa, episc
pis Gal-
lia missa.

Progeniem suam vnumquæque ad septimam obliuiscere decernimus generationem, & quædiu se agnoscere affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

De eadem re. Cap. XII.

Ex cõcil.
apud the
odonis vil
lam habi
to. ca. 8.

Nullus fidelium vsque ad affinitatis lineam, id est que in septimam progeniem, consanguineam suam ducat vxorem, vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis verò hoc temerè præsumpserit, vt incestum luxuriose publice, iuxta canonicos gradus pœniteat.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil.
Lugdun.
cap. 10.

Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum vxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. Qui ante inuupti erant, à sacerdote benedictionem accipere audeant.

Ex cõcil.
Aurelia.
cap. 10.

Nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimi generis